

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quintodecimo. sed et constantino frater eius magno imperatore anno tertio decimo. die vicesima mensis nobembrii indictione quarta neapoli Nos marinus in dei nomine eminentissimus Consul et dux atque imperiali anthipatus patricius. A presenti die pro dei amore et mercede et salbationis anime nostre concessimus et tradidimus vobis domino petro venerabile abate monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio eiusque memorate vestre congregationis monachorum presentibus. et futuris. Idest omnibus hospitibus et commenditis censitis seu serbi prefati vestri monasterii ubique eos habueritis in toto ducatu istius nostre civitatis. Una cum uxores et filiis filiabus nuruus adque nepotibus illorum et cum omnes. illorum fundoras et terris seu cespites vel omnem consuetudinarias censoras et regulis seu responsaticas et angarias et salutes et cum omnibus adiacentibus et pertinentibus eis simul et cum omnem illorum paratum et conquesitum que habent vel abuerint et que amodo in antea parare vel conquirere potuerint per quovis modum omnibusque eis pertinentibus. seu concessimus et firmamus vobis et omnem publicum una cum omnem licerem et pertinentias quas ipse iure publico nostri habent vel abuerint per quobis modum in memoratis omnibus hospitibus et commenditis censitis et serbi memorati vestri monasterio quantos et qualis modo abetis vel abituris fueritis per quovis modum: et av odierna die et deinceps omnibus memoratis qualiter superius legitur

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quindicesimo (→ sedicesimo) di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno decimo terzo di Costantino suo fratello, grande imperatore, nel giorno ventesimo del mese di novembre, quarta indizione, **neapoli**. Noi Marino, in nome di Dio eminentissimo console e duca e imperiale antipata patrizio, dal giorno presente per amore di Dio e per la redenzione e la salvezza della nostra anima abbiamo concesso e consegnato a voi domino Pietro, venerabile abate del monastero dei santi Severino e Sossio dove riposano i loro venerabili corpi, e tramite voi al predetto vostro santo e venerabile monastero e alla di lui predetta vostra congregazione di monaci presenti e futuri, vale a dire tutti gli hospites e i commenditi, i censiti e i servi del predetto vostro monastero dovunque li avete in tutto il ducato di questa nostra città, con le loro mogli e figli, figlie, nuore e nipoti e con tutti i loro fondi e le terre e le proprietà rustiche e tutte le consuetudini, i tributi e i canoni e i responsatici e le angarie e i doni, e con tutte le cose a loro attinenti e pertinenti insieme con tutto quanto da loro fabbricato e ottenuto che hanno o avranno e che da ora in poi protanno fabbricare o ottenere in qualsiasi modo e tutte le cose a loro pertinenti E abbiamo concesso e confermiamo a voi anche ogni cosa pubblica insieme con ogni licenza e pertinenza che per nostro diritto pubblico hanno o avranno in qualsiasi modo in tutti i predetti hospites e i commenditi, i censiti e i servi del suddetto vostro monastero quanti e quali ora avete o avrete in qualsiasi modo. E dal giorno odierno e d'ora innanzi tutte le cose menzionate, come sopra si legge,

totum et inclitum a nobis vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio eiusque memorate vestre congregationis monachorum presentibus et futuris sint concessum et traditum in vestra posterisque: vestris sanctoque vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis liberam semper habeatis potestate. et numquam presumamus nos aut posteris nostris nec qualibet castaldata nostra neque vice domini nostri nec dicani neque alia quavis personas qualibet angarias aut exscaticas vel erbaticas aut qualibet datum neque alia qualibet datione aut salute querere ad eis per nullum modum nec per nullam ratione neque per nullum studium in perpetuum. tamen ipsas omnes angarias et omnem publicum simul et alias omnes dationes quas in nostro iure publico nostri facere et dare debent memoratis omnibus ospitibus et commentis censitis seu serbis memorati vestri monasterii vel illorum heredibus amodo et semper vobis posterisque: vestris et in memorato sancto vestro monasterio illud facere et dare debeant imperpetuum. seu concedimus vobis et per vos in memorato sancto vestro monasterio ut si femine de ipsis hominibus ospitibus et commenditis censitis seu serbis memorati vestri monasterii et de illorum heredibus homines liberis mariti tulerint a tunc sint in memorato sancto vestro monasterio illas angarias de ipsis homines et de illorum heredibus concessas et traditas ut diximus vobis et in memorato sancto vestro monasterio in sempiternum. Interea concessimus et tradidimus vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio et omnem paratum et conquesitum de omnes homines commenditis et defisis vestri monasterii quanti habitant in fundoras et terris memorati vestri monasterii. aut quanti defisis memorati

tutte e per intero da noi a voi e tramite voi al prederro vostro santo e venerabile monastero e alla di lui predetta vostra congregazione di monaci presenti e futuri siano concesse e consegnate e in voi e nei vostri posterì e nel vostro santo monastero sia dunque la potestà di farne quel che vorrete e sempre ne abbiate libera facultà, e giammai presumiamo noi o i nostri posterì né qualsiasi castaldo nostro né vicario nostro né **dicani** né qualsiasi altra persona chiedere ad essi qualsiasi angaria o escatico o erbatico o qualsiasi tributo né qualsiasi altra dazione o dono in nessun modo né per nessun motivo né con qualsiasi mezzo in perpetuo. Nondimeno tutte le stesse angarie e ogni cosa pubblica insieme con tutte le altre dazioni che nel nostro diritto pubblico debbono fare e dare tutti i predetti hospites e i commenditi, i censiti e i servi del predetto vostro monastero o i loro eredi, da ora e per sempre a voi ed ai vostri posterì e al predetto vostro santo monastero quello debbono fare e dare in perpetuo. E concediamo a voi e tramite voi al predetto vostro santo monastero che se donne degli stessi uomini hospites e i commenditi, i censiti e i servi dell'anzidetto vostro monastero e dei loro eredi prendessero come marito uomini liberi da allora al predetto vostro santo monastero siano concesse e consegnate le angarie degli stessi uomini e dei loro eredi, come dicemmo a voi e al predetto vostro santo monastero per sempre. Inoltre concediamo e consegnamo a voi e tramite voi al predetto vostro santo e venerabile monastero anche tutto quanto fabbricato e conseguito da tutti gli uomini commenditi e defisi del vostro monastero quanti abitano nei fondi e nelle terre del predetto vostro monastero o quanti defisi del predetto vostro monastero abitano dentro questa nostra città sia quanto ora hanno fabbricato e conseguito o che da ora e d'ora innanzi fabbricheranno e

vestri monasterii abitant intus istam nostram civitatem sibe quantum modo paratum et conquesitum habent vel que amodo et deinceps paraberint et conquisierint per quovis modum. et hab anc die et semper in vestra posterisque. vestris sint potestate qualiter exinde facere volueritis liberam semper habeatis potestate. Insuper firmamus vobis posterisque. vestris sanctoque vestro monasterio eiusque memorate vestre congregationis monachorum omnes preceptoras et concessiones quas habent memorati vestri monasterii da nos simul et da singulis consulibus et ducibus istius nostre civitatis aut da partibus langobardorum una cum omnes chartulas et offertiones quas fecerunt christianissimis viris ac mulieribus in prefati vestri monasterii. et neque a nobis memoratus marinus domini gratia consul et dux atque imperiali anthipatus patricius: neque a posteris nostris qui post nos in nostro onore locoque duces accesserint nullo tempore numquam vos memorato domino petro venerabili abbati aut posteris vestris vel memoratus sanctus vester monasterius quod absit habeatis de omnibus memoratis que vobis superius concessimus et firmavimus qualiter superius legitur aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et imperpetuis temporibus. quam concessione sicut superius legitur a nobis facta gregorius primarius scribere precepimus in qua et nos subter. pro eius firmitate manus nostras proprias subscripsimus die et indictione memorata quarta ✠ alia manu

✠ Marinus Consul et Imperialis anthipatus patricius subscripsi . . . nam alia manu ✠ ego petrus primarius Curie huius civitatis neapolis hec exemplarie concessionis quem eius authentica nobis dedi dominus bonus venerabilis abbas memorati monasterii

consequiranno in qualsiasi modo e da questo giorno e per sempre in voi e nei vostri posterì sia la potestà di farne come vorrete e sempre libera ne abbiate la facoltà. Inoltre confermiamo a voi ed ai vostri posterì e al vostro santo monastero e alla di lui predetta vostra congregazione di monaci tutti i precetti e le concessioni che hanno il predetto vostro monastero da noi sia dai singoli consoli e duci della nostra stessa città o dalle parti del longobardi insieme con tutte gli atti e le offerte che hanno fatto uomini e donne cristianissimi al predetto vostro monastero. E né da noi anzidetto Marino per grazia del Signore console e duca e imperiale antipata patrizio né dai nostri posterì che dopo di noi come duci accederanno al nostro onore e luogo in nessun tempo mai voi predetto domino Pietro venerabile abate o i vostri posterì o il predetto vostro santo monastero, che non accada, abbiate mai per tutte le cose menzionate che sopra a voi abbiamo concesso e confermato, come sopra si legge, qualsiasi richiesta o molestia da ora e per sempre. La quale concessione, come sopra si legge, da noi fatta comandammo di scrivere al primario Gregorio in cui anche noi sotto per sua fermezza con la mano propria nostra sottoscrivemmo nell'anzidetto giorno e nell'anzidetta quarta indizione. ✠ altra mano

✠ Io Marino, console e imperiale antipata patrizio, sottoscrissi . . . dunque altra mano ✠ Io Pietro, primario della Curia di questa città di **neapolis**, questa copia di concessione la cui autentica a noi diede domino Bono venerabile abate del predetto monastero dei santi Severino e Sossio per fare questa copia per lo stesso monastero, come sopra si legge, dalla stessa autentica ricopiata e con massima cautela riletta parola per parola, per sua maggiore fermezza con la mia propria mano sottoscrissi nel giorno

sanctorum sebirini et sossi pro ista exemplaria at eodem monasterium faciendum sicut superius legitur ex ipsa authentica relebata et cum nimia cautela at singulas relectas pro amplioem eius firmitatem manus propria subscripsi in die vicesima mensis martii indictione secunda ✠

Ego sergius tabularius Curie huius civitatis neapolis hec exemplarie concessionis quem eius authentica nobis dedi dominus bonus venerabilis abbas memorati monasterii sanctorum seberini et sossi pro ista exemplaria ad eodem monasterium faciendum sicut superius legitur ex ipsa authentica relebata et cum nimia cautela at singulas relectas pro amplioem eius firmitatem manus propria subscripsi in die vicesima mensis martii indictione secunda ✠

ventesimo del mese di marzo, seconda indizione. ✠

Io Sergio, tabulario della Curia di questa città di **neapolis**, questa copia di concessione, la cui autentica a noi diede domino Bono venerabile abate del predetto monastero dei santi Severino e Sossio per fare questa copia per lo stesso monastero, come sopra si legge, dalla stessa autentica ricopiata e con massima cautela riletta parola per parola, per sua maggiore fermezza con la mia propria mano sottoscritti nel giorno ventesimo del mese di marzo, seconda indizione. ✠